locumtenens existens in loco infrascripto quem locum pro predicto et ydoneo ad hunc actum elegit ordinavit et deputavit / Visa et audita ac intellecta requisitione ipsius pauli presentis prout supra fieri requirente consensit et consentit requisitioni dicti pauli tamquam honeste ac mandavit michi notario et cancellario infrascripto quod ad requisitionem ipsius pauli recipere debeam quoscumque testes quos dictus paulus super suprascriptis producere voluerit et servare in predictis testibus examinandis stillum curie in similibus consuetum / de quibus omnibus et singulis suprascriptis dictus paulus rogavit per me notarium et cancellarium ante dictum fieri debere presentem publicam scripturam / Actum in Civitate Adiacii in dicto loco alo spelono Anno dominice Nativitatis Millesimo quingentesimo Indictione secunda / secundum Janue cursum die veneris decima septima Januarii post vesperas / presentibus testibus ad hoc vocatis et rogatis damiano Canario georgio de vale perga mercatoribus et Johanne parrisola notario // Millesimo die indictione die et hora suprascriptis paulo post iuxta domum infrascripti peregrini / peregrinus de leonardo Notarius testis sit sumarie et ad eternam rei memoriam productus per dictum paulum super superius intitulatis / suo Juramento testificando dixit se hec scire de superius intitulatis per dictum paulum videlicet quod ipse testis cognovit quondam bartholomeum et georgium filios dicti quondam montesani et fratres dicti pauli et illos semper tenuit pro nobilibus ac ex maioribus dicti loci paomie ac illos ab omnibus personis teneri vidit tam in presenti Insula quam in partibus Janue et districtus quosquidem quondam bartolomeum et georgium vidit plures in armis conducentes sub eis diversos homines et habentes in rebus armorum multas conductas et semper fuerunt homines habentes alios homines ad gubernum tamquam patroni eorum et de predictis est publica vox et fama inter notos dictorum quondam georgii et bartholomei / Interrogatus quotennis est / respondit etatis Annorum quadraginta octo in circa / presentibus testibus ad hec vocatis et rogatis luca de turri barberio et benedicto de castiliono // Millesimo et indictione suprascriptis die vero Sabati decima octava Januarii de mane in cancellaria palacii comunis / vinci guerra quondam Antonii de lo rosseto testis sumarie et ad eternam rei memoriam productus per dictum paulum super suprascriptis per eum intitulatis / suo Juramento testificando dixit se hec scire de suprascriptis videlicet quod cognovit dictum quondam montepanum qui tam ab ipso teste quam ab aliis tenebatur tempore sue vite homo nobilis et cavallerius et bone conditionis ac habebat in uxorem unam filiam unius de lecha ex dominis presentis Insule et hoc est quod scit de predictis / Interrogatus de causa scientie respondit quia ipse testis cognovit dictum quondam montepanum prout supra dixit et fuit testificatus / Interrogatus quotennis est respondit etatis Annorum sexaginta / presentibus testibus ad hec vocatis et rogatis laurentio de le peyre quondam petri saliangui et Judice de xpianavisis (?) quondam perineti // Millesimo indictione die hora et loco suprascriptis presentibus suprascriptis testibus laurentio et Judice / peraldus de serrola quondam franscisci testis sit sumarie productus per dictum paulum super suprascriptis / suo Juramento testificando dixit se hec scire de contentis in dicto titulo videlicet quod publice dicebatur in presenti Insula quod dictus quondam montepanus erat miles et cavalerius et ex nobilibus presentis Insule corsice et habebat in uxorem unam ex filiis quondam d. rianucii de lecha tunc temporis ex dominis presentis Insule corsice et hoc est quod scit de predictis / dicens etiam quod mater dicti pauli ex nobilis nata in zeunda et franca de cinarca / Interrogatus de causa scientie respondit per ea que supra dixit et fuit testificatus Interrogatus quotennis est respondit etatis Annorum quadraginta quinque in circa // Millesimo indictione die et hora loco suprascriptis / bona cursius de campo quondam fabiani testis ut supra productus per dictum paulum super superius intitulatis / suo Juramento testificando dixit se hec scire videlicet quod cognovit dictum quondam montepanum et filios qui erant ex nobilibus Insule corsice et homines bone conducte et intellexit quod dictus quondam montepanus se presentavit coram Serenissimo rege neapolis qui eum fecit Cavallerium ut publice dici audivit / dictos